Leonardus dei gracia Electus Curien Dilecto nobis in xpo Ulrico Sifalt de Tirsten
nowe Rectori parrochialis Ecclie sancti Petri in Zitzers nre Curien dioc Capellano nro Salutem et sinceram in domino caritatem Exacta familiaritatis obsequia
vite et morum honestas aliaq laudabilia probitatis et virtutum merita Nos inducunt, vt tibi reddamur ad gratiam liberales Cum itaq predicta Ecclia sancti Petri
in Zitzers per mortem quondam Ulrici Putzer vltimi illius dum viueret rectoris in ea instituti vacauerit et vacat ad pns Nos volentes tibi pmissorum tuoru
intuitu meritorum gratiam in hac parte facere specialem Eccliam predictam cui Cura imminet animarum sive pmisso siue aliquouis modo aut cuiuscunq
persona vacet Cum iuris Canonici plenitudine ac omnibus iuribus et ptinencijs suis ordinaria nra tibi conferimus aucte Et de illa eciam prouidemus teq coram
nobis flexis genibus debite constitutum humiliter petentem et acceptantem per impositionem bireti graciose inuestientes de eadem Illi prefitimus in Rectorem
Curam animarum parrochianorum Ac regimen et administrationem ipius Ecclie et bonorum eius in spualibus et temporalibus tibi plenarie committendo
prestito pte coram nobis pprio iuramento in manibus nris qd nobis et Capitulo nro Curien nrisq successoribus Canonice intrantibus ab hac hora inantea fidel
eris et obediens prout de iure teneris Et qd iura iurisdictiones et bona dicti beneficij mobilia et immobilia defendes et manutenebis contra quoslibet vsur
patores saluo ordine tuo et ea contra iuris dispositionem non alienabis nec obligabis sed alienata et obligata pro tuo posse diligenter recuperabis Quo
circa vt hec nra prouisio debitum sortiatur effectum Committimus pntes et mandamus te peum ad quem ptinet in corporalem dicti beneficij iuriumq
et ptinentiarum eius possessionem cum dicti iuris plenitudine induci et poni Et per quoscunq ad quos spectat de vniuersis fructibus redditibus prouentibus
iuribus et obuentionibus dicte ecclie tibi Ulrico Sifalt tanqua vero eius Rectori integraliter respondere debere In quorum testimonium has pntes lras fieri
mandauimus nostriq secreti iussimus appensione roborari Datum Curie in palatio nro Epali Anno domini Millesimo Quadringentesimo Quinqua
gesimo Sexto Indictione quarta Die vero Sabbati quadragesima mensis February Pontificatus sanctissimi in xpo pris et dni nri dni Calisti diuina prouidentia pape tercij
Anno primo

1456

© Bischöfliches Archiv Chur / Schweiz

Collatio parochie in Zizers ab Epo Curiensi.

1456.

Mapp. 171

No 1. [illegible] Epi [illegible] facta [illegible]

Mappe 172 Zizers

N9

© Bischöfliches Archiv Chur / Schweiz